

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium g
cum fontibus primis

Imperiti et omnino inutiles
elegantioribus beneficiis et officiis ampliantur,
diuicie accumulantur diuitibus;
et non est qui respiciat pauperem et mendicum.
Heliseus uasa uacua implebat
et deficientibus oleum dedit.
Hodie uero contempnuntur
uasa uacua et plena super implentur,
ligna in siluas et aquae in maria deferuntur.

Imperiti etiam et omnino inutiles
elegantioribus beneficiis ampliantur,
divitiae accumulantur divitibus,
nec est qui respiciat ad inopem et mendicum.
Eliseus vasa implebat vacua
et deficientibus vasis vacuis stetit oleum.
In curia vero contemnuntur
vasa vacua et plena implentur,
ligna in silvas et aquae in maria deferuntur.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 14B.13.2-3 (L. Wahlgren ed., pp.156-7, ll.109-114). cf. PL 207, col.45B

Arenti terre aqua subtrahitur
et flumina que non indigent irrigantur.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

Magnum scelus est rem pauperum praestare
diuitibus, et de sumptibus inopum adquirere
fauores potentum;
arentis terrae aquam tollere,
et flumina quae non indigent inrigare.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.60.18
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.326, ll.98-101).